seuerare. Populo christiano miserere. Clerū defen
de. Religiosos in seruitio tuo sancto conseruare di-
gnare Omnesqꝫ laborantes conforta. tristes con-
solare. Infirmis sanitatem corporis ꝛ anime resti-
tue. Pauperibus ac egentibus omnia corporis et
anime necessaria tribue Peregrinis ꝛ exulātibus
cum salute ad ꝓpria fac remeare. In piculis aqua
rum positis ad portū sue volūtatis fac pertingere.
Pregnantibus partū gaudii misericorditer largire
In vinculis ꝛ carceribus detentos absolue. Omni
bus cū quibus peccauimus. vel quos ad peccādū
induximus. ꝛ nobis misericors pater indulge. Om
nibus quos conturbauimus lesimus scandalizaui-

Vel defraudauimus tu gratiose creator psolue Omnibus parentibus amicis et inimicis cōfratribus et consanguineis familiaribus et bñfactoribus et quorum vtimur vel vsi sumus elemosinis omnibusqꝫ pro nobis deū exorantibus vel oratiōibus nostris se cōmēdātibus omnia bona tribue et eos ab omni malo defende. In tuoqꝫ eos seruitio fac pseuerare vsqꝫ in finē. Et post huius cursuꝫ miserie ad te qui es vera patria merces premiū eternum et gloria da puenire. In tribulationibus persecutionibus et tēptationibus ad te clamantes auxiliare In agone positis de hoc quoqꝫ seculo exituris succurre et animas eorum a faucibus rugiētis inimici eripe. Inimicis nostris et nobis veram charitatem largire omnibusqꝫ tuis fidelibus p huius sacramēti vtutē presta subsidiū auxiliū et solamen. Adhuc in carne pñtibus tuā gratiam largiendo futuros tua misericordia pueniendo. Preteritis omnibus eternam requiem tribuendo. Deus q es trinus et vnus per cuncta seculorū secula benedictus. Amen.

Item alia oratio ante missam.

O Fons totius misericordie qui nūq̄ manare cessas. veni hodie et tribue anime mee egrote carnē tuā deuote sumere et pciosum sanguinē tuū bibere. Non quia iustus sum sꝫ peccator quia nō ē opus sanis medicus sed male hñtibus O vera charitas in qua est tua felicitas. O spes vnica anime mee. aufer a me iniquitates meas. vt pura mente merear intrare ad sāctasanctorum. Te expectat cor meum imple desiderium quod in me misisti. vt ipse voluisti. Tuus sum ego christe. noli me derelinquere alieno dextera tua semper preueniat et ab omni malo de

fendat. O dñe veni cui ego miserrimus peccatul. obliuiscere pctã mea ꝓ quibus effudisti sanguinẽ tuum: veni dulcissime deus. da mihi cibũ salutis eterne. Ueni hostia immaculata libera me a morte ęt'na Ueni infirmoꝝ medicus. Ueni ieiunãtiũ cibus. Ueni dñe visita domũ istã nomine tuo dedicatã ⁊ ecce venio ad te quẽ toto corde desidero. ad quem tota mentis intẽtione aspiro. quẽ totis visceribus amplector cuius corpus ⁊ sanguinẽ cupio. vt semper in me maneas. ⁊ in euum non me dimittas o dulcissime pater. Amen.

Alia oratio ãte missam vel sanctã cõionem.

AUe sanctissima caro xp̃i ⁊ sanguis. Aue summa dulcedo que detrimẽtũ nescis. fastidiũ tollis. mortẽ necas vitã eternã prestas. Aue beata refectio que electos tuos de mũdi huius exilio ducis ad patriam. Aue felix hostia que in crucis ara deo patri pro nostroꝝ põdere pctõꝝ es oblata. Aue mãna niue cãdidius. melle dulcius. oĩ auro p̃ciosius. Au'fer obsecro pastor bone a me iniq̃tates vt purificato corpe et spũ merear degustare sancta sanctorũ. Sitq; mihi hoc venerabile sacramentũ contra hostiles insidias inexpugnabile presidiũ vt hoc salutari viatico refectus lubricas huius vite vias immaculato calle transire ⁊ ad te panem viuũ ⁊ veruz angeloꝝ dñm sine impedimẽto dyabolice fraudis valeã peruenire. Exaudi me placare dñe attende ⁊ fac ne moreris per temetpsũ deus meus q; nemo tanti mysterii poterit esse dignus nisi tu omnipotẽs suscipiẽtẽ feceris esse dignum. Amen.

Item alia oratio ante missam vel sanctam communionem.

AD mensam dulcissimi conuiuii tui pie dñe iesu xp̃e ego peccator de ꝓpriis meritis nil presu- mens. sed de tua confidẽs mĩsericordia ⁊ bõitate ac cedere vereor ⁊ cõtremisco. Nam cor et corpus ha- beo multis criminibus maculatũ mẽtẽ ⁊ linguã nõ caute custoditã. Ergo o pia deitas. o tremẽda maie stas. Ego miser inter ãgustias dep̃hensus. ad te fõ tẽ misericordie recurro. ad te festino sanandus sub tuã ꝓtectionẽ fugio. ⁊ quẽ iudicẽ sustinẽ neq̃o. salua torẽ habere suspiro. tibi dñe plagas meas ostẽdo ti bi verecũdiã meã detego. Scio pctã mea multa ⁊ ma gna ꝑ q̃bus timeo. Spo misericordias tuas quarꝫ nõ est numerus. Respice ergo in me oculis mĩsericor die tue pie dñe Jesu xp̃e rex eťne deus hõ crucifi- xus ꝓpť hoĩes. Exaudi me sperãtem in te ⁊ mĩserere mei pleno miseriis ⁊ peccatis. tu q̃ in fõte mĩsatõis nũq̃ manere cessabis. Salue salutaris victima ꝑ me ⁊ oĩ hũano genere in patibulo crucis oblata. Salue nobilis ⁊ p̃ciosissime sanguis de vulneribus crucifixi dñi mei Jesu xp̃i ꝓfluẽs ⁊ pctã totius mũ di abluẽs. Recordare dñe creature tue quã tuo sa- cro sãguine redemisti penitet me peccasse cupio e- mẽdare quod feci. Aufer ergo a me clementissime pater oẽs iniq̃tates ⁊ peccata vt purificatus mẽ- te ⁊ corpe digne degustare merar sctã sctõrꝫ ⁊ cõce- de vt sctã ꝑlibatio corpis ⁊ sanguinis tui quam ego indignus sumere intendo sit peccatorꝫ meorꝫ remis- sio. Sit delictorꝫ pfecta purgatio. sit turpiũ cogita tionũ effugatio bonorꝫq̃ sensuũ regeneratio. operũ q̃ꝫ tibi placentium salubris edificatio. anime quoq̃ꝫ corporis contra inimicorum meorũ insidias firmis sima tuitio. Amen.

Alia oratio.

Domine Jesu christe pater misericordissime. rogo corde toto vt omnia pctā mea dimittas in vita presenti penā ꝓ eis affligas nec aliquā penaȝ ad purgatoriū reserues. O deus immense pietatis cuius fortitudo est infinita. quia sine te peccatis resistere nō valeo cōforta me in tm̄ ꝙ pctm̄ mortale ā plius nunꝙ̄ cōmittā. omnemqȝ dyaboli tēptationeȝ ammodo vincā vitā cogitationes vba ꝛ opera omnino ad te dirigaȝ ac me in fine vite mee custodias ne dyabolus mihi terrorem inferat ꝛ sic in desperationē inducat. O fons emanēs charitate fac mentē meā liberam ab omni creatura que posset eam sibi attrahere: et a tua dilectione impedire vt in tuo amore proficiam. nūc vero et in fine vite mee digne te sumam ꝛ sic animam meam sacculo corporis exutam perduc ad patris eterni palatium ad videndū clare sancte trinitatis speculum. Amen.

Sequuntur gratiarum actiones post missam dicende ad placitum.

Sacrosanctū corpus ꝛ sanguineȝ dn̄i nostri Jesu xp̄i quod ego indignissimus sūpsi qui ꝓ salute anime ꝛ corporis mei mactabat in cruce te obsecro per tui admirabilis sacramenti mysterium vt animā ꝛ corpus meū salues ꝛ ꝓtegas ab om̄i fraude ꝛ illusione demonū ꝛ per hanc oblationē quā tibi obtuli in laudē ꝛ gloriā nominis tui om̄ia peccata mea deleas ꝛ nō permittas me a dyabolo aut vlla creatura decipi aut puniri ꝓpter pctā mea. Sed tu piissime deus corripe ꝛ corrige me in misericordia tua et da mihi fidem spem charitatem humilitateȝ patiētiam obedientiā ꝛ castitatē mentis ꝛ corporis ꝛ dilectionē tui et proximi. Te etiam suppliciter ro

go per sacrosanctum corpus tuum quod ego indi-
gnus sum z calicem quē potaui z per illā pacē quaʒ
fecisti inter deū et hominē qñ te hostiā viuā z imma
culatā obtulisti ad recōciliādū deo patri genus hu-
manū vt pacē z cōcordiā inter nos xpianos confir-
mes p illū terrorē quē pēdēs in cruce serpēti dyabo
lo formidabilē fecisti amicis acceptū inimicis pla-
catū. meqʒ facias vt pace tua z totius ecclesie pñti
futuraqʒ psperitate gaudeā. ¶ Item rogo te p san
ctissimi corporis et sanguinis tui cōmunionē z per
guttas sanguinei sudoris tui. z per angustiā preciosissime mortis tue. z p merita sanctissime virginis
et excelse matris dñe nostre sancte Marie atqʒ san
ctorum omniū z electorum me liberare digneris z ani
mas parētū nostrorum atqʒ benefactorum omniūqʒ fide
lium de lacu inferni z de āgustiis tarthari eosqʒ col
locare in regnuʒ eterne claritatis. O bone iesu per
sanctissimū sanguinē z corpus tuū libera me ab om
nibus peccatis et periculis z ab improuisa morte et
concede cū perfecta contritione omniū peccatorum
plenam cōfessionem cum sancti nominis tui inuo-
catione et transfer me in regionem eterne pacis.
Qui cum patre z filio.

Item alia oratio post cōmunionem.

GRatias tibi ago deus gratias tibi ago vera vi
ta viuentium spes eterna credentium. Jesu chri
ste redemptor alme qui solus es adorādus/ aman-
dus/ z laudendus, q facis mirabilia solus. q ppter
nos tuos paupes consolandos quos in hac miseria
tanq peregrinos z orphanos dereliqsti per myste-
rium sacerdotis et per verba ex ore eius in nomine
tuo prolato aperis celos z descēdis et imples om-

nē terrā benedictione. Qui nō dedignaris mani-bus hominis attrectari bñdici ꝛ cōsecrari in nostrā salutē q̄ suo mysterio foris exhibet signa sacramenti: sed tu deus inuisibilis manēs ipse facis opa. Tibi ergo dño deo nr̄o magno ꝛ immenso eterno ꝛ excelso tibi laus ꝛ gloria. tibi gratiarū actio nūc et imperpetuū q̄ hoc ipsum incōprehensibile mysteriū imminēte articulo salutifere passionis tue tā gratuita pietate discipulis tuis tradidisti. misericordia motus et affectu paterno eos allocutus es dicēs. Desiderio desideraui hoc pasca mādūcare vobiscū ante q̄ patiar. ac si diceres. Desiderio desideraui meipsum tradere vobis. Deinde ferens teipsuz mirabiliter manibus tuis ꝓtestatus es dicens. Hoc est corpus meum. Hoc accipite in vestrā salutē quotiens-cūqꝫ sumitis in meā cōmemorationē ꝛ in memoriaꝫ dilectionis qua vos dilexi qñ meipsum pignus salutis reliqui. O inestimabilis dilectio charitatis tue dñe Jesu xp̄e benigne vt nos indignos patri tuo reconcilies teipsum exhibes victimā salutarē. Igitur immēsam misericordie tue clemētiā suppliciter exoro quatenus hoc summe charitatis ꝛ vnionis tue sacramētū mihi cunctisqꝫ fidelibus tuis sit cōtra omnium peccatoꝝ nostroꝝ vulnera efficatissimū medicamentū ac omnis ꝟtutis ꝛ gratie cōplemētū sit contra omnia mala validissimū tutamētū eterneqꝫ beatitudinis solidissimū fulcimentum.

Item alia oratio post missam.

GRatias tibi ago. ꝛ laudes tibi refero dñe deus meus qui me ex nihilo ad ymaginē ꝛ similitudinē tuā creare ꝛ tuo precioso sanguine redimere atqꝫ ꝑ sacri baptismatis ablutionē inter adoptio

nis filios aggregare p̄ciosiq; corpis et sanguinis tui mysteriis reficere dignatus es. Tibi ergo ago laudes ꝛ grãs qui me a tp̄e rudis infantie mee vsq; ad hanc horã per multa defluentē vicia immēse pietatis tue patiētia ad emēdationē expectasti. Te laudo te glorifico q̄ me sepissime multis tribulationibus ꝛ āgustiis calamitatibus ꝛ miseriis liberasti. Qui me hactenus de eternis suppliciis et de corporis ꝛ anime cruciatibus mīficorditer exemisti. Te laudo te glorifico q̄ mihi sospitatē mēbroꝝ trāquillitatē tēporꝫ etiā bonoꝝ effectū cū multis aliis virtutibus misericorditer tribuisti. Queso dn̄e deus meus ineffabilē tuā suauitatē vt inchoata bn̄ficia ꝛ dona in me pficias. Et quicq̄d in me displicet repellas a cunctis etiā q̄ sup sunt tribulationibus ꝛ iniq̄tatibus ac diuersis malis q̄bus inuolutus sum me eripias. cogitatiões. lucutiões. pariſ et actus meos in tua voluntate disponas. Inter aduersa ꝛ ꝓspa me gradientē sp ꝛ vbiq; custodias ꝛ me tandē ad tue visionis desiderata gaudia feliciter ꝑducas. Qui vi.

Item post missam.

Hec sunt cōuiuia q̄ tibi placent q̄ nobis orphanis in memoriã tue dilectōis reliq̄sti. O patris sapientia natus de virgine qui nō dedignatus es venerabile corpus tuū tāgi ꝛ sumi a me indigno pctōre. Quid tibi digne reddā ꝓ omnibus que retribuis mihi. Si em̄ totius mūdi merita in vnū fuerint congesta nō valerēt tue dignationi aliquatenus cōparari: Gratias ergo ago tibi dn̄e Jesu xp̄e fili dei viui: rex regū ꝛ dn̄s dominātiū: gratiarūactiões ꝓposse fraglitatis mee tue tremēde maiestati ac immēse pietati piissime Jesu refero ꝙ sacro corpe tuo ꝛ san

guine meā animā nimis aridā dulciter refecisti Ro
go te vt quicqd in me vitiosum tue volūtati cōtra-
riū inuenitur.cōmuniōe huius sacramenti funditus
euacuetur ꝛ cor meū dignū sanctispūs habitaculum
pparetur. Et dulcissime Jesu sit hoc sacramētū cor
poris ꝛ sanguinis tui suauitas ꝛ dulcedo anime mee
salus ꝛ sanctitas in omni tēptatiōe pax ꝛ gaudiū.in
omni tribulatiōe lumē ꝛ vtus:in omi vbo ꝛ ope so
lamē ꝛ tutela finalis in morte Amen.

Post missam oratio

O Sacratissimū corpus ꝛ sanguis dñi nostri iesu
xpi qui ꝓ salute generꝫ hūani mactabatꝫ in cru
ce. Te ego peccator miserrimus et multis peccatis
inuolutus supplex imploro vt per tuū mirabile my
sterium animā meā ꝛ corpus meū salues ꝛ ꝓtegas
ab omni deceptione ꝛ fraude dyaboli ꝛ hostiū vni-
uersoꝝ.Et ꝑ oblatōnē sāctissimā ꝙ hodie ego obtu
li ad laudē ꝛ gloriā nominis tui.ꝛ ad memoriā dñi
ce passionis tue ꝛ ad honorē sanctissime dei genitri
cis virginis marie ꝛ omniū sanctoꝝ oīa pctā mea
delere digneris . ꝛ nō permittas me clementissime
dñe dyabolo nec vlle creature ad puniendū vel de
cipiendū ꝓpter peccata mea. Sed tu piissime dñe q
omniū misereris. Dignare mei miserere et me corri
pe in misericordia tua infinita ꝛ nō in ira. Da mihi
piissime dñe fidē rectā ꝓm firmā.charitatēqꝫ per
fectā.patientiā nō fictā.talē penitentiā que tibi deo
meo placeat.vt sancti angeli tui de cōuersione mea
gaudeāt. Te deprecor deus meus per illā pacē quā
fecisti inter deū ꝛ hominē.qñ te hostiā purā ꝛ imma
culatā obtulisti ad recōciliādū genus humanū deo
patri in cruce vt pacē ꝛ concordiā inter me ꝛ oēs fi-

deles xpianos facias et cōfirmes. Et per illū terro-
rem quē serpēti in cruce pendēs fecisti dyabolo for
midabilē amicis acceptū inimicis placatū me faci-
as vt pace tua ac totius ecclesie ac presenti ꝓsperi-
tate gaudeā et futura. Saluator mūdi salua nos q
p sanguinē et crucē tuā redemisti nos auxiliare no-
bis te depcamur deus noster. Te depcor dn̄e Jesu
christe per guttas sanguinei sudoris tui. p angusti-
as preciosissime mortis tue. p merita et intercessionē
beatissime genitricis tue perpetue virginis Marie
Per preces beati Johānis baptiste et omniū sancto
rum deo placentiū vt liberes me famulū tuū. N. nec
nō famulos tuos. N. et N. et oēs parētes meos bene
factores ac mihi cōmissos ab omni periculo corpo
ris et anime et nobis post hanc vitā in celesti patria
tribue ppetuā mānsionē. Et libera etiā dn̄e animas
famulorum et famularum tuarum. N. et N. ac parentū et bn̄-
factorum meorum et mihi cōmissorum de lacu inferi et de
luto fecis et colloca eas in regno pacis et claritatis
eterne. Te rogo piissime dn̄e. p sanctissimā corporis et
sanguinis tui pn̄tiā et libamē vt liberes me ab om-
nibus peccatis meis. pteritis. pñtibus. et futuris.
necessitatibus et angustiis et ab insidiis omniū inim
corum visibiliū et inuisibiliū. Et rogo te piissime dn̄e
Jesu christe vt in hora tremēda mortis mee non de
neges mihi sanctissimi corporis et sanguinis tui cō-
munionem integram et perfectā satisfactionem cum
presentis vite felici cōsumatione. Amen.

Alie gratiarūactiōes viles
et deuote post cōmunionē dicende.

Gratias ago immēse maiestati ac sēpitne pieta
ti tue dn̄e sctē pr omnipotēs eterne deus qui me

indignū famulū tuū ac miſeꝝ peccatorē nullis meis meritis exigētibus. ſed tuis miſerationibus multis ⁊ magnis ſatiare dignatus es corpe ⁊ ſanguine domini noſtri ieſu xp̄i. et p̄cor vt hec cōmunio nō ſit mihi reatus ad penā: ſed intercesſio ſalutaris ad veniam ſit mihi armatura fidei ⁊ ſcutum bone volūtatis ſit vitioꝝ meoꝝ euacuatio. cōcupiſcentie ⁊ libidinis exterminatio. /humilitatis/charitatis/patiētie/ caſtitatis/obedientie/omniūq; ꝟtutū atq; totius ſanctitatis ⁊ ſalutis augmētatio. cōtra inſidias ⁊ omnium inimicoꝝ meoꝝ viſibiliū firma defenſio motuū; meoꝝ tam carnaliū q̄ ſpiritualiū perfecta q̄etatio. in te viuo et vero deo firma adheſio. ⁊ finis mei felix cōſūmatio. Sit queſo ſancte pater ſacroſanctuꝫ ſacramētū corpis ⁊ ſanguinis dilecti tui filii dn̄i noſtri Jeſu xp̄i ſuauitas ⁊ dulcedo anime mee ſalus ⁊ ſanctitas in omi temptatiōe. pax ⁊ gaudiū in omni tribulatione. lumen ⁊ virtus in omni ꝟbo ⁊ opere ſolatium ⁊ tutela finalis in morte. Et precor te vt per hoc merear ſpiritu tuo ſancto repleri. ⁊ per viam mādatorum tuoꝝ dirigi. eodemq; viatico me in extremo vite mee articulo cōcede refici. nūc quoq; refectū vſq; tūc ſine intermiſſione cōſeruari. ⁊ ad illud cōuiuiū per ſanctos angelos tuos perduci. vbi tu ipſe es ſanctis tuis lux vera. ſatietas plena. iocūditas cōſumata felicitas pfecta. ⁊ gaudium ſempiternum Per eūdē xp̄m dn̄m noſtrū. Amen. Alia orō.

Agimus tibi gratias p omnibus beatificatis poſtulantes eoꝝ interuētu adiuuari Pro his aūt qui in purgatoriis locis. ſūt immolatur tibi patri filius ſupplicando quatenus per hāc ſacroſanctā hoſtiaꝫ eoꝝ pena ſit leuior ⁊ breuior. Pro vobis vero

quos adhuc pctā grauāt carnis ꝛ sanguinis immolatur tibi filius supplicādo quatenus pctā q̄ ex carne ꝛ sanguine cōtraximus sanguis lauet caro mundet filii tui dn̄i nostri Jesu xp̄i. Amē. Alia orō.

Aue sanctissima caro summa vite dulcedo. Aue celestis potus ante omnia mihi dulcis. Uerissime ꝛ piissime amator ꝛ recōciliator hūani generis iesu xp̄e eterna salus omniū in te diligētiū qui ꝑpter tuā patiētiā ꝑmisisti me indignū peccatorē polluto corde ꝛ ore accipere hoc sanctū corpus ꝛ sanguinem tuū quē omnis q̄ accipit indigne nō ad remedium ſ; ad iudiciū accipit. Queso esto mihi ꝓpicius indignissimo pctōri. Et q̄ es vera ꝛ et̄na vita dignare ꝑ hec sacramēta que sumpsi omnē iniq̄tatē ꝛ impietatē mee ꝑoris vite remittere ꝛ sequētis vite actiones in laudē et gloriā tui sanctissimi nominis transmutare. vt cū ad iudicādum tibi post hāc vitā p̄ntatus fuero: noli me q̄so clemētissime deus ꝓpter innumerabilia pctā mea dānare: sed ꝑ hāc receptionē redēptionis nostre auerte irā tuā a nobis quā sepissime meis negligētiis plurimis ꝛ pctōꝝ perpetratōe ꝓch dolor me ꝯfiteor irritasse. Alia grārūactio.

O Serenissima ꝛ inclita mat̄ dn̄i nostri Jesu xp̄i ꝟgo perpetua: que eundē creatorē omniū creaturaꝝ in tuo sacratissimo vtero digna fuisti portare cuius idē veracissimū corpus ꝛ sanguinē ego miser peccator ꝛ indignus tractare ꝛ sumere p̄sumpsi tuā humiliter depcor misericordiā vt ad ipsum ꝓ me dignetis intercedere qt̄us quicq̄d in eius ineffabili sacramēto ignoranter aut negligēter cōmisi tuis sanctissimis p̄cibus mihi sua pietate ineffabili atq; misericordia inenarrabili dignetur indulgere Amen.

Oratio bona de angelis.

O Uos oēs cetus angelici. angeli. archāgeli. vtutes potestates. dñatiões. pncipatus. throni. cherubin. et seraphin. qui ab vbertate fontis deifice trinitatis inebriati splendorē sempiternū ab ipso eterne diuinitatis lumine recepisti in quo felices ve beati assidue gaudetis in leticia amātes sine fastidio vidētes sine medio māducatis ore pleno ipsum panez mellifluū vite eterne quo me pauperē dei bonitas hodie letificare dignata ē. Amen. Alia oratio.

Uos btōs et electos ego exul et orphanus humiliter imploro: vt in cōspectu throni eius hodie stātes voce vnanimi hymnū et laudē glorie eius decātetis: collaudātes viuifice deitatis dignationē q̄ me indignū in perceptione corporis et sanguinis dñi nostri iesu xp̄i dignata est respicere.

Alia oratio seu diuisio

O Uos electoꝝ numerus oēsq; ciues celici. patriarchaꝝ chorus. Johānes baptista xp̄i preuius Johānes euāgelista xp̄i custosq; virgineus: apostoloꝝ laudabilis numerus. Martyꝝ roseus exercitus Sacerdotū ac cōfessoꝝ gloriosus chorus. sponsarū q; xp̄i exercitus vgineus et vidualis castitas. Uos oēs dilectos et electos dei cōuenio et apud vos voto supplici deposco: qtūs omniū bonoꝝ largitorē dñm nostrū Jesuz xp̄m p me laudetis et glorificetis qui me quāuis indignuz pauit suo sancto corpe et potauit sanguine pprio q̄ de celo venit et incarnari a maria virgine gloriosa voluit hic dat vitā mundo. Rogate etiā precibus piis vt adiutus meritis vestris puenīat ad me et pmaneat in me dulcedo sui sacratissimi corporis et p̄ter illam nullā aliā sentiā saporis

dulcedinem. Implorate etiam mihi apud gloriosā virginem Mariam dei matrem vt in filio suo Jesu christo obtineat mihi vite puritatem peccatorū cō tritionē veram cōfessionem ꝛ dignā satisfactionē ꝛ post hanc miseriam vestris premiis ꝛ gaudiis feli cem associetatem ipso prestante. Qui viuit ꝛ regnat deus in secula seculorum. Amen.

Alia oratio de sancta trinitate

O Beata ꝛ benedicta ꝛ gloriosa trinitas. creatrix et gubernatrix omniū sancta et indiuidua vnitas. pater ꝛ filius ꝛ spūs sanctus cuius exuberāti ꝛ magnifica gloria pleni sunt celi et terra. Per cōsecratum per te trinitas sancta alme semper virginis Marie fructum sempiterni genitoris genitum ipsiqꝫ genitori coeternum gloriosum perhēnis patrie dñm ꝓpter nos crucifixū dignare me hodie spiritu sancto cōsecrare hūc sanctissimū mundo corde ꝛ casto corpe ad percipiēdū qtīus ꝑ hoc dulce sanctissimi corporis eduliū. et preciosi sanguinis sui poculuꝫ omnia in me pereāt incremēta vitioꝝ ꝛ counīri merear ipsi fonti bonorū omnium in quo ablutus ꝛ sanctificatus ipsum cū angelis ꝑpetim fruendo feliciter videre ꝛ laudare valeā dñm ac spōsum anime mee trinū ꝛ vnū deū in secula secula seculoꝝ. Amē.

Alia oratio de sancta trinitate.

O Venerāda trinitas: ꝛ admirāda vnitas. pater ꝛ filius ꝛ spūssanctus lux vera. lux qꝫ beata. humanis sensibus incomprehensa. Tu concede mihi corde natum ex parentis. aluum implentem virginis. lumen sanctum illucescens cecis. hostiam dignam beatum corpus Jesu christi saluatoris nostri mūdo palato cordis ꝛ oris degustare liceat at-

q3 mihi ex diuina gratia osculari ⁊ amplecti dulcis
simũ amatorẽ meũ modo vlnis fidei ⁊ dilectiõis. tã
dem aũt hac corruptibilitate remota libere cõprehẽ
dã pre nobilẽ coheredẽ meũ vna cũ ãgelis ⁊ sancta
rũ ꝟginũ choris ꝑ quẽ cognoscã ex tũc trinitatem
verãq3 vnitatẽ perfecte laudando in secula seculo-
rum. Amen.

Sequitur iubilus sancti Bernardi.

IEsu dulcis memoria. dãs vera cordis gaudia.
Sed super mel ⁊ omnia eius dulcis pñtia. Nil
canitur suauius. auditᷣ nil iocũdius. nil cogitaᷣ dul
cius. ꝙ iesus dei filius. Jesus dulcedo cordiũ. fons
viuus lumẽ mentiũ. excedẽs omne gaudiũ. ⁊ omne
desideriũ. Jesus spes penitẽtibus. ꝙ pius es peten
tibus. ꝙ bonus es querẽtibus. sed q̃d inueniẽtibus
Nec lingua valet dicere. nec littera exꝓmere. exper
tus nouit cernere. q̃d sit iesum diligere. Jesum que-
rã in lectulo. clauso cordis cubiculo. ꝓuatim ⁊ in pu
blico. querã amore sedulo. Cũ Maria diluculo. Je
sum querã in tumulo clamore cordis q̃rulo mẽte q̃-
ram nõ oculo. Tumbã ꝓfundẽ fletibus. locũ replẽs
gemitibus. iesu ꝓuoluar pedibus; ipsum hñs am-
plexibus. Jesus tu rex amabilis. dulcedo ineffabi-
lis. ⁊ triũphator nobilis. totus desiderabilis. Mane
nobiscũ dñe. mane nouo cũ lumine. pulsa noctis ca
ligine. mentẽ replẽs dulcedine. Jesus amor dulcissi
mus ⁊ ꝟe suauissimus plus millies gratissimus ꝙ di
cere sufficimus. Expti recognoscite amorẽ piũ posci
te. Jesus ardẽter q̃rite q̃rẽdo inardescite. Jesus au
ctor clemẽtie totius spes leticie: dulcor fõs ⁊ grẽ ꝟe
cordis delitie. Cũ digne loqui nequea3 de te tamen
non sileã amor facit vt audeã cũ de te solo gaudeã

Tua Jesu dilectio. grata mētis refectiō. replēs sine fastio. dās famē desiderio. Qui gustāt te esuriūt. q̄ bibūt adhuc sitiūt desiderare nequeūt. nisi Jesū quē diligūt. Quē tuus amor ebriat nouit quid iesus sapiat felix gustus quē satiat non est vltra qd̄ cupiat. Jesus decus angelicū. in aure dulce canticū. in ore mel mirificū: in corde nectar celicum. Desidero te millies. mi Jesus qñ venies. me qñ letū facies. de te me quando saties. Amor tuus cōtinuus. mihi lāguor assiduus. mihi Jesus mellifluus. fructus vite perpetuus. Jesus sūma benignitas mira cordis iocūditas incōprehensa bonitas. tua me stringit charitas. Bonū mihi diligere Jesum nil vltra querere mihi prorsus deficere vt queam illi viuere. O Jesu mi dulcissime spes suspirātis anime te querunt pie lachryme. et clamor mentis intime. Quocunq; loco fuero. Jesum mecū desidero. q̄ letus cū inuenero. Tūc amplexus tūc oscula. que vincūt mellis pocula sed in his pua morula iesum sequar per secula. Jam quod quesiui video. quod cōcupiui teneo. amore iesu langueo. et corde totus ardeo. Hic amor ardet iugiter dulcescit mirabiliter sapit delectabiliter delectat et feliciter. Hic amor missus celitus. heret mihi medullitus mentē accendit penitus hic delectatur spiritus. O beatū incēdiū. o ardens desideriū. o dulce refrigeriū. amare dei filiū. Jesus cū sic diligitur hic amor nō extinguitur. nec tepefecit nec moritur. plus crescit cū accenditur. Jesus flos matris virginis. amor nr̄e dulcedinis. tibi laus honor numinis. regnū beatitudinis. Ueni veni rex optime. pater immense glorie. effulge clare letius iam expectatus sepius. Jesus sole serenior. et balsamo suauior. omni

dulcore dulcior. pre cunctis amabilior. Cuius amor sic afficit. odorq; sic me reficit. in quē mens mea defecit. solus amāti sufficit. Tu mētis delectatio. amoris cōsumatio. tu mea gloriatio. Jesu mūdi saluatio Mi dilecte reuertere. cōsors paterne dextere. hostē vicisti ꝓspere. iam celi regno fruere. Sequar quocūq; ieris. mihi tolli nō poteris. cū meū cor abstuleris. Jesu laus nostri generꝭ. celi ciues occurrite. portas vestras attollite. triūphatori dicite. salue Jesu rex inclyte. Rex virtutū rex glorie. rex insignis victorie. Jesu largitor gratie. honor celestis curie. Te celi chorus ꝑdicat. ꝛ tuas laudes replicat. Jesus orbem letificat. ꝛ nos deo pacificat. Jesus in pace imperat. ꝛ omnē sensū superat. hūc mea mens desiderat. ꝛ eo frui ꝓperat. Jesus ad patrē rediit. celeste regnū subiit. cor meū a me transiit. simul post eum abiit. Quē ꝓsequamur laudibus. hymnis votis et precibus. vt nos donet celestibus. cum ipo frui sedibus. Amen.

Sequūtur oratiōes ebdomadales ante ꝛ post missam. Et primo de dñica.

Rogo te Jesu xpe fili dei per gloriā tue sanctissime passiōis. vt hodie introducas animā meā in cellā tue dulcissime dilectiōis. Et omnia impedimēta eiiciens fac me interesse gaudio ꝛ silentio mutue cōtūctiōis. vt cū plena charitate possim perfrui dulcedine tue optate cōsolatiōis. Ueni pater orphanoꝝ fidelissime. veni cōsolator omniū miseroꝝ dulcissime. ppina mihi talē potū de cellariis vulneꝝ tuorum per quē omnia viscera mea sentiāt te immēorem omniū delictoꝝ meoꝝ. Rogo te dñe Jesu xpe. per sanguinē tuū preciosum quē tu volūtarie fudisti

in cruce in tua passiõe. vt hodie perfundas cor meũ τ añiam meã tua sctã bñdictõe. Et facias me corpus tuũ sanctissimũ τ sanguinẽ tuũ p̃ciosissimũ pcipere cũ tali deuotõe vt eternaliter merear gaudẽ in tui dulcissimi vultus cõtemplatione. Ueni fons misericordie. veni cõsolator optime. mũda hospicium anime mee. nõ enim fas est ibi aliquid immũdicie esse vbi tu regnaturus es rex τ sponsus virginalis pudicitie. Filie hierusalem nunciate dilecto quia omnium peccatorum meorum emendationem iam spõdeo. perpetrationem toto corde emẽdare desidero. quia sine vllo nullateuus viuere volo nec valeo. Rogo te dñe Jesu christe p quinqȝ vulnera tua. vt hodie digneris animã meam lauare τ dealbare in vnda tui sanctissimi sanguinis. vt licet nõ sim dignus vocari vnus de tuis minimis. tu tamen tam potens es τ tã misericors q me ascribere tuis charis. τ dilectis possis Ueni amicorum fidelis amice. veni dulcis cõuiuia peccatorum penitentiũ. Fac animã meã epulari in aximis vulnerum τ mẽbrorum tuorum foraminibus vt eternaliter merear lucere τ gaudere in cõspectu oculorum tuorum. Rogo te dñe Jesu xp̃e p sanctissimas cicatrices corpis tui. vt cito venias τ disrũpas omniũ pctõrum meorum vincula τ extinguas hodie mea vitia vt nec scintillã vnius delicti possit mihi in meo fine obitcere diabolica malicia Ueni medicina añiarum. veni piscina omniũ grãrum. Et sicut in paschali nocte tuos captiuos eduxisti de locis penarum. ita libera hodie animam meam de vinculis τ nexibus omnium miseriaruȝ. Filie hierusalem nunciate dilecto. quia thalamũ cordis mei iã prepara τ quia sine illo nullatenus viuẽ volo nec valeo. Rogo te dñe Jesu xp̃e

per tui sanctissimi corporis passionem vt hodie sup candelabrū anime mee ponas tui dulcissimi corporis candelā vt accēdat tui p̄ciosissimi sanguinis flā mā. vt sicut quondā tuis sanctissimis manibus nō despexisti tangere ꝛ sanare immūdissimā leprā. ita nō deseras omnibus ꝟtutibus ꝛ mēbris perūgere ꝛ sanare vulneratam animā meā. Ueni refugiū pauperum. veni vnica salus mea ꝛ perfice in me cordis desideriū: tibi em̄ letus possum ostendere acerbita tē vulnerꝝ meorꝝ quia tuipse sensisti ꝛ sustinuisti dolorē et amaritudinē vulnerꝝ. Rogo te dn̄e Jesu xp̄e per gloriosam tue passiōis vt accēdas in corde meo ignem tue dilectōnis ꝛ nō sinas me separari de gaudio tue cōtemplationis: quia magis optas vitā ꝙ̄ mortē peccatorꝝ. Ueni mūdi gloria. veni celorꝝ gaudiū. quia tibi aperta est cordis mei ianua. Ecce expectāt ꝛ desiderāt te omnia viscera mea. quia tota salus ꝛ vita mea pendet in tua misericordia. Rogo te dn̄e Jesu xp̄e per vulnera que ꝑtulisti in tuis sanctissimis manibus: vt hodie digneris animā meam mūdare de omniū vitiorꝝ sordibus. ꝛ digneris respgere omniū virtutū floribus ꝛ foliis vt tu rex regū in eā ingrediēs talem odorē sentias qui eternaliter redoleat in tuis gaudiis ꝛ desideriis. Ueni sol iusticie. veni stella matutina: illumina tenebras anime mee tu ꝗ solus potes iustū ꝛ sanctū de peccatore facere. quia tibi nihil est impossibile. qm̄ ꝛ omnes pre presumentes de te possunt saluari ꝛ in te sperantes nunꝙ̄ vis derelinquere. Rogo te domine Jesu christe per vulnera ꝛ per vestigia pedum tuorum vt dū hodie ad suspirandū aperiā cor meū tu aperias mihi tui iocūdissimi cordis paradisum ꝛ celū. ꝛ facias

sic animã meã intrare in te dulcissimũ. Jesum: vt in tuo dulcissimo amore floreat ꝛ crescat ꝛ permaneat nũc ꝛ in euũ. Ueni illuminator cordiũ ꝛ illumina animã meã. veni ꝛ restitue mihi omnẽ tuã gratiaꝫ vt tibi possim securius enarrare meã miseriã q̄ nõ me minus diligis q̄ tuã carnẽ ꝛ tuã ꝓpriã animã. Filie hierusalẽ nũciate dilecto. quia amore eius langueo ꝛ nullatenus sine illo viuere volo nec valeo. Rogo te dñe iesu xp̄e per vulnus tui sanctissimi lateris vt hodie ponas in cor meũ tui p̄ciosissimi sanguinis corpis scalã. ꝛ facias animaꝫ meã per ipsam ascendere cũ sanctis angelis vt possit misericordiã tuã inuenire ꝛ querere in singulis articulis mẽbroꝝ tuoꝝ. Ueni eterni solis radius. veni redẽptor meus ꝛ libera me de omnibus tribulatiõibus meis. Ecce eñ sum despectus ꝛ ꝓiectus ab omnibus cordibus ꝛ tibi sum soli derelictus. quia tu me nunq̄ despexisti sed semper dilexisti totis medullis ꝛ visceribus. Filie hierusalẽ nũciate dilecto quia morã aduẽtus eius diutius ferre nequeõ. ꝛ quia sine illo viuere nolo nec valeo. Rogo te dñe iesu christe per guttas sãguinis tui vt hodie ꝓducas de corde meo ꝛ oculis meis fontẽ lachrymaꝝ ꝛ penitẽtie. ꝛ emũdes animã meam ab omnibus peccatis ꝛ miseriis. ꝛ facias me nũc et semper ꝛ in hora mortis tam mũdũ ꝛ decoꝝ apparere corã te sicut fui ante cõstitutionẽ mundi. ꝛ in tua voluntate semper perseuerare. Ueni lux perhẽnis. veni abyssus dulcedinis quia nullũ in te sperantẽ spernis nec repellis. Ecce iã tempus est vt animã meã corones virtutũ ornamẽtis. quia hodie festa leticie celebrabit in tuis vulneribꝫ ꝛ in tuis mẽbris. Rogo te dñe Jesu xp̄e ꝑ amarissimas lachry-

mas tuas quibus perfundebaris pro mea salute vt facias me hodie tibi propinare omnē deuotionē et charitatē quā in tuo eterno desiderio sitiuit tuus eternus affectus et inuoluas in syndonē anime mee tuū preciosissimū corpus quod de virginali vtero pro me assumpsisti. et laua animā meā in tuo sanguine et extingue omnia peccatā que in cruce amarissime defleuisti. Ueni electus ex milibus. veni decor et decus et honor paterne glorie qui mihi pre cūctis es propicius et proximus. Nō enim decet vt mihi tuā cōsolationē diutius subtrahas. quia anima mea quā diligis impugnatur demonū artibus. ideo aduētū tuū toto corde desiderat. Rogo te dñe Jesu xpe per oēs dolores et afflictiōes quas sustinuisti in tua hūanitate trigintatribus ānis vt tuam ineffabilē misericordiā et meā multipharia miseriā in statera digneris pōderare. Et quātū vides tuam bonitatē meā maliciā mēsura. et grauitate superare tātū stude tuā ineffabilē gloriā et misericordiā in me misero pctōre eternaliter magnificare. Ueni xptū tū seminator veni totius salutis et suauitatis reparator. ecce anima mea quā diligis infirmatur et nō pōt conualescere nisi tu sis eius fidelis medicus quem toto desiderio quērit et postulat quia morā tui aduentus diutius ferre nō potest. Filie hierusalē nūciate dilecto: quia multū desidero vt animā meā consoletur sui proprii oris colloquio: quia sine illo nullatenus viuere volo: nec valeo. Rogo te dñe Jesu xpe per tuā paschalē victoriā vt sicut tu pendēs in cruce nullā sanguinis in te tenuisti guttā. Ita hodie nullius permittas in me permanere peccati maculā. sed facias me corpus et sanguinē tuū preciosum ita sumere: vt per ipsum merear proficere de gratia in gratiā. vt in tua vi

fiōe merear afcēdere de gloria in gloriā. Ueni verū mūdi salus. veni ꝟginis filius ⁊ ꝟginū corona: im pone languēti anime mee tuas patnas manus ⁊ sā ctas. Quis eñi pōt mihi ita patne ⁊ misericorditer cōpati. vel qs ē ad oēꝫ salutē meā ita patus sicut tu q̄ cūctis amaritudinibus ꝑ me es inebriatus. Ideo multū desiderat mira anima mea vt osculeẽ ꝓprii oris tui osculo dulcissimo. Rogo te dñe Jesu christe dulcissime ꝑ tuā gloriosā resurrectioneꝫ vt hodie extinguas in corde meo oēm nociuā ⁊ malā dilectioneꝫ. Et nō sinas me hic hře vllā terrenā cōsolationē vt in tuo amore dulcissimo possim habere plenā leticiā assiduā ⁊ assiduā dilectionē. Ueni amoris sagitta. veni laus ⁊ gloria celestis palatii. veni cuius visceribus mea memoria ē inscripta. Quis dignus vel fidelius delebit om̄ia mea delicta q̄ tu cui soli aĩa mea ē derelicta. Jō multū ex toto corde meo desiderat aĩa mea. vt ꝓprii. oris tui colloq̄o cōsoleẽ dulcissimo. O Jesu amabilis. o laude plus laudabilis o gaudiū mellifluuꝫ. o amor cordis irriguus totus desiderabilis frui fac me tui dulcedine iesu hic ⁊ in e'na beatitudine. ꝑ infinita seculoꝝ secula. Amen.

Oratio post missam.

BEnedictus es potentissime dñe iesu christe rex eterne glorie. promissor ⁊ largitor sempiterne beatitudinis: qui me de vtero matris mee cum integris membris et sensibus cōduxisti et hodie de omnibus membris et vulneribus tui sanctissimi corporis nouam et singularem gratiam michi dulciter et largiter infudisti. Benedictus es sanctissime deus qui me ad ymaginem et similitudinem tuam creasti omnibus virtutibus decorasti et ho-

die per coprus ꝛ sañguinē tuū decoꝛe ymaginis tue misericoꝛditer illustrasti ꝛ oēs virtutes tuas in me mirabilius rescripsisti ꝛ refoꝛmasti. Benedictus es clemētissime deus: ꝗ me in lauacro baptismatis tibi celesti sponso desponsare voluisti. ꝛ hodie coꝛpus ꝛ sanguinē tuū ad donū noue desponsatiōis ꝛ cōsumationē legitime tue dilectōnis cōtulisti. Bn̄dictus es largissime deus, qui ab infantia mea vsqꝫ in hāc hoꝛā innūerabilia bn̄ficia et inexplicabilia dona mihi cōtulisti. ꝛ hodie coꝛpus ꝛ sauguinē tuuꝫ mihi ad augmentum ꝛ cōsolatōnem omnium donoꝝ ꝛ beneficioꝝ tuoꝝ tradidisti. Bn̄dictus es mitissime deus, ꝗ in om̄i infidelitate mea ꝛ in om̄ibus peccatis meis patienter tolerando vsqꝫ in hanc hoꝛaꝫ vitā meā distulisti. ꝛ in hac felicissima hoꝛa per coꝛpus ꝛ sanguinē tuū. omnia pctā mea obliuioni perpetue tradidisti. et me in memoꝛiam tui coꝛdis felicissimi. et in omnia viscera misericoꝛdie tue feliciter descripsisti. Bn̄dictus es nobilissime deus. qui me a multis peccatis ꝛ miseriis custodisti. ꝛ de illis in quas inciderā misericoꝛditer liberasti. ꝛ hodie per coꝛpus ꝛ sanguinē tuū omnē damnationē meā in saluationē misericoꝛditer cōuertisti. Bn̄dictus es donatissime deus: ꝗ me a vanitate seculi ꝛ de cōsolatōne omnium parentū meoꝝ eduxisti. ꝛ hodie per coꝛpus ꝛ sanguinē tuū satiasti. ꝛ sanctoꝝ tuoꝝ amicitie misericoꝛditer cōiunxisti. Bn̄dictus es piissime deus. ꝗ mihi in omni temptatione ꝛ tribulatiōe pia cōsolatione semper astitisti. ꝛ omnia desideria mea: ꝛ omēs laboꝛes meos. tuo patri in tuis vulneribns ostendisti ꝛ obtulisti: ꝛ p̄c.oso coꝛpe ꝛ sauguine tuo mīīcoꝛditer me satiasti. eternāqꝫ mercedē ꝛ cōsolationē mihi cōpa-

rasti ꝛ acquisisti. Bñdicat te clemētissima piissima misericordissima ꝛ dulcissima mater tua virgo Maria. ꝙ ipsum corpus ꝛ sanguinē quod de suo vtero virginali suscepisti. mihi hodie ad eternum remedium cōtulisti. ꝛ per ipsum me consortē ꝛ cōciuē omniū sanctorum tuorum fecisti. Benedicant te omnes angeli archangeli throni pncipatus dominationes potestates virtutes cherubin seraphin ꝛ omnes sancti tui ꝙ ipsis nouum gaudium et dulce conuiuium de mea salute fecisti. Et te ete rerne vite speculum in quo omni hora omnes sancti desiderant prospicere cum oīi fidelitate tua hodie desiderio meo tribuisti. Benedicant te omnes sancti patriarche ꝛ pphete tui ꝙ tu creator celi ꝛ terre in āgustia cordis mei hodie quiescere voluisti. ꝛ omnia interiora mea rore tuē largissime benedictionis copiose perfudisti. Benedicant te omnes sancti apostoli ꝛ euangeliste tui: ꝙ hodie cum anima mea cenare voluisti. et dulcem mansionem apud me faciēs vsqꝫ ad finem vite mee mecum permanere disposuisti. Benedicant te omnes sancti martyres et confessores tui. ꝙ meam miseram animam in amplexus paterne misericordie tue hodie suscepisti stolam anullū et oīa ornamenta vi tutum de tua misericordia mihi cōtulisti ꝛ reddidisti. Benedicant te omnes sancte virgines tue. ꝙ virgineum corpus tuum tanꝙ rosam in animam meam plantare voluisti. et eam flores virtutum et fructus gratiarum de tuis membris et vulneribus carpere et colligere voluisti et fecisti. Benedicat te multitudo continentium viduarum et penitentium. ꝙ tu languentium medicus benignissime cum om-

ni misericordia tua hospitium mei cordis introisti. Et omnia vulnera anime mee medicamento corporis et sanguinis tui hodie perungendo eterne saluti tue restituisti. Benedicat te celi et omnis laus tibi lus celoꝝ: ꝙ hodie misere anime mee celos vulneꝝ tuoꝝ aperuisti: ex eam in te verum paradisum sempiterne iocunditatis ꝛ felicitatis introduxisti. Benedicat terra terrarūq; plenitudo: ꝙ me hodie de homine angelum de terra celum fecisti verū: tu solus dignatus es mihi ꝯfiari et mihi misereri. qꝛ tuo preciosissimo sanguine me redemisti. Benedicat te mare ꝛ omnia que in eo sunt. ꝙ virtutem gratiarum et omniū bonoꝝ in te participem me fecisti: ꝛ ꝙ nunꝗ potes aut vis derelinquere. quia vinculo corporis ꝛ sanguinis tui inuisibiliter me tibi hodie cōnexisti: ꝛ omnia bona mihi confers et nunciasti. Ecce anima mea hodie in thalamo amoris tui virgineo flori sociata. Rogo te per quinq; vulnera tua. per sanguinem. per sudores. per angustias. per lachrymas per omnes afflictiones ꝛ dolores cordis et corporis tui. per passionem tuam et amarissimam mortem tuam vt animam meam ꝛ omnia viscera mea tua benedictione ꝛ tua dulcissima dilectione perfundas ꝛ repleas ꝛ vsq; in finem vite mee mecū ꝑmanēdo cōfues illā gratiā ꝛ illam munditiam quam mihi cōtulit et restituit tua incōprehensibilis bonitas. Et nūc depꝓcor te o dulcissime Jesu vt fructuosum in me facias tuum aduentum ꝛ liberes me in hac hora ꝛ in omnibus diebus vite mee de omni nocibili temptatione ꝛ tibi cōnectes me et omnia opera mea ꝛ desideria: vt nunꝗ possim separari de tua misericordia ꝛ de tua

dulcissima dilectione ꝛ clarissima visione pulcherri mi vultus tui. vt merear in te florere et regnare nūc et imperpetuum. Amen.

Item oratio beati Ambrosii ante missam dicenda.

Summe sacerdos et vere pontifex: qui te obtulisti deo patri hostiam puram. sanctā. et immaculatam in ara crucis pro nobis miseris peccatoribus. quiq; dedisti nobis carnem tuam ad manducā dum. et sanguinem tuum ad bibendum ꝛ posuisti illud mysterium in virtute spiritussancti dicens. Hec quotiēscunq; feceritis in mei memoriā facietis. Rogo per sanguinem tuum preciosum magnum salutis nostre precium Rogo per hāc miram et inenarrabilem charitatem qua nos miseros et indignos sic amare dignatus es. vt lauares nos a pctīs nostris in sanguine tuo. Doce me indignū seruum tuum quem etiam inter cetera dona tua ad officiū sacerdotale vocare dignatus es nullis meis meritis: sed sola dignatione misericordie tue. Doce me queso per spiritumsanctum tuum tantum tractare mysterium ea reuerētia et honore. ea deuotione ꝛ timore quibus oportet ꝛ decet. Fac me per gratiam tuā semper illud de tanto mysterio credere ꝛ intelligere sentire ꝛ firmiter tenere. dicere ꝛ cogitare quod tibi placet ꝛ quod expedit saluti aīe mee. Intret spūs tuus bonus in cor meum ꝗ sonet: ibi sine sono ꝛ sine strepitu verboꝝ. loquatur omnem veritatem tantorum mysterioꝝ ꝓfunda quippe sunt nimis ꝛ sacro tecta velamine. ꝓpt̄ magnā tuā clemētiā cōcede mi

hi miſſarum ſolennia puro corde et mūda mente ce
lebrare libeare cor meū ab immūdis ⁊ nephandis a
vanis ⁊ noxiis cogitationibus. Muni me bonorum an
gelorum pia et fida cuſtodia atq3 fortiſſima tutela.
vt hoſtes omnium bonorum confuſi diſcedant per
virtutem tanti myſterii. Et per manum ſancti ange
li tui repelle a me et a cunctis ſeruis tuis diriſſimu3
ſpiritum ſuperbie et zenodoxie inuidie et blaſphe-
mie fornicationis et immundicie. dubietatis et dif
fidentie. Confundantur qui nos perſequuntur. pe-
reant illi qui perdere cuncta feſtinant. Rex virtutu3
amator caſtitatis ⁊ integritatis deus. celeſti rore be
nedictionis tue extingue in corde meo totum fomi
tem ardentis libidinis. vt maneat in me tenor toti-
us caſtitatis anime et corporis. Mortifica in mem
bris meis carnis ſtimulos omneſq3 libidinoſas cō-
motiones. et da mihi veram et perpetuam caſtitatē
cum ceteris donis tuis que tibi placent in veritate.
vt ſacrificium laudis caſto corpore et mundo corde
valeam tibi offerre. Quanta enim contritione cor-
dis ⁊ lachrymarū fonte. quanta reuerentia et tre-
more. quāta corpis caſtitate ⁊ animi puritate. iſtud
diuinum et celeſte ſacrificium eſt celebrandum do-
mine vbi caro tua in veritate ſumitur. et ſanguis
tuus in veritate bibitur. vbi ima ſummis coniun-
gitur. vbi adeſt ſanctorum angeloru3 preſentia. vbi
tu es ſacrificium et ſacerdos mirabiliter et ineffa-
biliter. Quis digne hoc poteſt celebrare niſi tu de-
us omnipotens offerentem feceris dignum. Scio
domine et vere ſcio et idipſum bonitati tue confi-
teor. q non ſum dignus accedere ad tantum myſte

rium propter nimia peccata mea et infinitas negli gentias meas. Sed scio: et veraciter ex toto corde meo credo. & ore confiteor. quia tu potes me facere dignum. qui solus potes facere mundum de immun do conceptum semine. solus de indignis dignos. de immundus mundos. de peccatoribus iustos & san ctos facis. per hanc omnipotentiam tuam te rogo: concede mihi peccatori hoc celeste sacrificium cele brare cum timore et tremore. cum cordis puritate & lachrymarum fonte. cum leticia spirituali et celesti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinem beatissime presentie tue. et excubias sanctorum angelorum tu orum in circuitu meo. Ego enim memor venerande passionis tue accedo ad altare tuum licet peccator. vt offeram tibi sacrificium quod tu instituisti et of ferri precepisti in commemorationem tui pro salute nostra. Suscipe ergo illud quaeso dulcissime deus pro ecclesia tua sancta & populo tuo quem redemisti san guine tuo. Et quoniam me peccatorem medium in ter te et eundem populum tuum esse voluisti. licet in me boni operis testimonium non cognoscas. offici um saltem dispensationis credite non recuses. nec per me indignum eorum salutis pereat precium pro quibus victima factus salutaris dignatus es esse re demptio. Profero ergo domine si digneris propi tius intueri tribulationes plebium. pericula populo rum/captiuorum gemitus/miserias orphanorum/ne cessitates peregrinorum/ inopiam debilium/despe rationes languentium/defectus senum/ suspiria iu uenum/vota virginum/lamenta viduarum. Tu enim misereris omnium domine. et nihil odisti eorum que

fecisti. Memorare que sit nostra substantia. q̄ debilis. q̄ fragilis. q̄ mutabilis. q̄ deceptibilis et infirma. quia tu pater noster es. tu deus noster es. ne irascaris satis. neq3 multitudinem viscerum tuoru3 super nos contineas. Nō enim in iustificationibus nostris pster nimus preces ante faciem tuam. sed in miseratōnibus tuis multis. Aufer a nobis domine cunctas iniquitates nostras. et ignem sancti spiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapideu3 de carne nostra. et da nobis cor carneum. quod te timeat. te amet. te diligat. te delectetur. te sequatur. te perfruatur eternaliter. Oramus domine clementiam tuam vt sereno familiam tuam. tui sacri nominis officia prestolantem aspicere digneris vultu: Et vt nullius sit irritum votum. nullius vacua supplicatio. tu nobis preces suggere quas ipse audire ppitius ꝛ exaudire digneris. Rogamus etiā te pater sancte et p animabus omnium fidelium defunctorum. vt sit illis salus sanitas gaudium ꝛ refrigerium hoc magnum pietatis sacramentum. Deus meus sit illis hodie magnum ꝛ plenum conuiuium de te pane viuo. qui de celo descendisti. ꝛ das vitam mundo. de tua carne sancta ꝛ benedicta agni videlicet immaculati qui tollit peccata mūdi. que de sancto et glorioso vtero beate v̄ginis Marie est assūpta. et de spiritusancto concepta. De illo inq̄ fonte pietatis qui per lanceam militis ex tuo sanctissimo latere feliciter emanauit: vt exinde sanati. refrigerati. refecti. cōsolati exultent in laude et gloria tua. Peto clementiam tuam deus vt descēdat super illud plenitudo tue benedictionis ꝛ sanctificatio tue

diuinitatis. Descēdat etiā dn̄e illa sancti spiritus tui incomprehensibilisq; inuisibilibusq; maiestas sicut quondā in patrū hostias descēdebat. Et oblatiōes nrās corpus et sanguinē tuū efficiat. et me indignū sacerdotem tuum doceat tantum tractare mysterium cum cordis puritate et lachrymarum deuotōne. cum reuerentia ꝛ tremore ita vt placide ꝛ benigne suscipias sacrificium laudis de manibus meis ad salutem omnium tam viuorum ꝙ mortuorum. Rogo te domine per sacrosanctum mysterium corporis ꝛ sanguinis tui quo quotidie in ecclesia tua pascimur. abluimur. ꝛ sanctificamur. et potamur. atq; vnius summeq; diuinitatis participes efficiamur. da mihi virtutes tuas sanctas: quibus repletus bona cōscientia ad altare tuū accendam. ita vt hec celestia sacramenta efficiantur mihi salus ꝛ vita. Tu enim dixisti ore tuo santo ꝛ benedicto. panis quem ego dabo caro mea est ꝓ mundi vita. Si quis mā ducauerit ex hoc pane viuet ineternum panis dulcissime sana palatum cordis mei vt sentiam suauitatem amoris tui. Sana illud ab omni languore vt nullam preter te sentiat dulcedinem nullum preter te querat amorem. nullam preter te amet pulchritudinem. Panis candidissime habens omne delectamentum. et omnis suauitatis odorem. qui nos de te semper reficis. ꝛ in te nunꝙ deficis. comedat te cor meū; et dulcedine saporis tui repleātur viscera anime mee. Manducat te angelus pleno ore in patria manducet te peregrinus homo pro modulo suo. ne deficere possit in via tali recreatus viatico.

Panis sancte. panis viue. panis pulcher. panis munde. qui descendisti de celo et das vitam mundo. Ueni in cor meum. et munda me ab omni inquinamento carnis et spiritus. intra in animam meam. sana et sanctifica interius et exterius. Esto tutamē et continua salus corporis et anime mee. repelle a me insidiantes mihi hostes recedant procul a potētia maiestatis tue. vt foris et intus munitus per te recto tramite ad regnum tuum perueniam. vbi non in mysteriis sicut in hoc tempore agitur. Sed facie ad faciem te videbimus cum tradideris regnū deo patri. et deus eris omnia in omnibus. Tunc enim me de te satiabis satietate mirifica. ita vt neq; esuriam neq; sitiam in eternum. Amen.

Oratio post missam.

Eya nunc oro dulcissime deus. vt hoc dulcissimū sacramentum sit mihi omnium peccatorum meorum efficacissimum medicamentum. Sit mihi charissime deus hoc dulcissimum sacramentum omnis virtutis et gratie virtuosissimum complementum. Sit mihi benignissime deus hoc suauissimum sacramentum tam in vita ꝙ in morte contra omnia pericula validissimum sustentamentum. Mi domine deus te deprecor per sanctam eucharistiam vt a peccatis mundatus: meritis fecundatus. fine bono cōsumatus. tecum sine fine beatus. Deprecor te amantissime Jesu pro omnibus mihi confessis. pro omnibus familiaribus. et pro omnibus benefactoribus meis. vt per adiutricem huius sacramenti virtutem

adiuues: et dirigas eos ad eternam salutem. Deprecor te mi domine Jesu christe pro omnibus mihi in orationibus commissis: vt per confirmatricem huius sacramenti virtutem confirmes et munias eos ad eternam salutem. Deprecor te benignissime deus pro peccatoribus vniuersis et per reparatricem huius sacramenti virtutem repares et confirmes eos ad eternam salutem. Deprecor te domine Jesu christe pro omnibus fidelibus defunctis. vt per liberatricem huius sacramenti virtutem liberes eos et perducas eos ad eternam salutem. Amen.

Item post missam vel commu nionem sanctam. Oratio.

Anima christi sanctifica me. Corpus christi salua me. Sanguis christi inebria me. Aqua lateris xpi laua me. Passio christi conforta me. Bone Jesu exaudi me. In vulneribus tuis absconde me. Ab hoste maligno defende me. In hora mortis voca me. protege me. et pone me iuxta te. vt cum sanctis angelis tuis in secula seculorum laudem te. Amen.

Item alia oratio ante missam.

Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum. sed cōfisus de tua pietate et clementia. Accedo ad sacramentum corporis et sanguinis vnigeniti filii tui domini nostri Jesu christi. Accedo in quod sicut infirmus ad medicum vite immundus ad fontem misericordie. cecus ad lumen claritatis eterne. Egenus ad dominum celi et terre. Nudus ad regem glorie. Ouis ad pastorem figmentum ad suum

..catorem. Desolatus ad pium cōsolatorem. Reus ad dei et hominum mediatorem. Miser ad misericordem. Criminosus ad indulgētie largitorē. Mortuus ad viuificatorem. Impius ad iustificatorem. Induratus ad gratie infusorem. Rogans immense maiestatis tue abundātiam: quatinus meam digneris sanare infirmitatem. Lauare feditatem. Illuminare cecitatem. Ditare paupertatem. Uestire nuditatem. Reducere erroneum. Consolari desolatum. Recōciliare reum. Dare misericordiam misero. Indulgentiam criminoso. Uitam mortuo. Iustificatōnem impio. Unctionem gratie indurato. vt te panē angelorum regem regum et dominum dominantiū tractare et suscipere merear ea corporis castitate. ꝛ animi puritate. ea cordis contritione ꝛ lachrymarū fonte. ea leticia spirituali et celesti gaudio. eo timore et tremore ea reuerentia ꝛ honore. ea fide et humilitate eo ꝓposito ꝛ amore: ea deuotione et gratiarumactione. quibus oportet ꝛ decet ꝛ anime mee expedit ita vt placide et benigne sacrificiuꝫ suscipias de manibus meis ad salutem meam et omnium fidelium. tam viuorum ꝙ mortuorum. Amen.

Item ante missam oratio.

NE irascaris q̄so domine ne irascaris ꝙ ego immūdus immūdo corde ac pollutus polluta mēte ad sacrosctm̄ corpus p̄ciosumq; sanguinē tuum accedere presumo. Recordare obsecro quia mulierē sanguinis fluxum patientem a tactu fimbrie vestimenti tui non ꝓhibuisti. Illam quoq; peccatricem flentem ac penitentem a sanctorum pedum tuorum osculo non ꝓiecisti. ita et me miserum ꝓ innumeris

scelerībus meis a cōmunione tanti mysterii non re-
pellas vellut indignum. Sed concede mihi cordis
cōpunctionem.et fontem lachrymarum ad abluēda
peccata mea.et scelera ac delicta vt mundo corde et
pura conscientia ad remedium anime mee.et ad re-
missionem omnium peccatorum meorum pmeren-
dam.et ad vitam eternam cum sanctis tuis feliciter
possidendam merear accipere corpus et sanguinem
tuum et spiritu sancto tuo repleri:et diuinis affecti-
bus semper instaurari. O amantissime et mitissime
deus da mihi queso corporis et sanguinis tui nō so-
lum suscipere sacramentum:sed etiam virtutem sa-
cramēti. Ita vt hec sacramēta celestia efficiātur mi-
hi salus et vita.da mihi ita de te satiari et inebriari.
vt nihil pter te sitiā in eternū. presta mihi sic suscipe
corpus tuū quod de virgine traxisti.vt corpori tuo
mystico merear incorporari.et inter eius mēbra con
numerari. Concede mihi temetipsum quem nūc q-
dem velatum suscipere ppono. Reuelata tandē fa-
cie contemplari. Saluator mundi.qui cum patre et
spiritu sancto viuis et regnas deus per omnia secu
la seculorum. Amen.

Item alia oratio post missam.

INeffabilem misericordiam tuam domine Jesu
xpe humiliter exoro.vt hoc sacramentum cor-
poris et sanguinis tui quod suscepi indignus.sit mi
hi purgatio scelerum.sit fortitudo fragilium. sit cō
tra mundi pericula firmamentum. sit impetratio ve
nie. sit stabilimentum gratie. sit medicina vite.
sit memoria passionis tue. sit contra debilitatem fo
mitis. sit viaticum mee peregrinationis. Eun-

tem me conducat. errantem me reducat. reuertentē me suscipiat. titubantem me teneat. cadētem me erigat et perseuerantem in gloriam introducat. O altissime deus. beatissima presentia corporis ꝛ sanguinis tui sic immutet palatum cordis mei. vt preter te nullam vnq̄ sentiat dulcedinem. nullam amet pulchritudinem nullum querat illicitum amorem. nullam desiderat cōsolationem nullam admittat vnq̄ delectationem. nullum curet honorem. nullam timeat crudelitatem.

Oratio ad beatam virginem deuota.

Serenissima ꝛ inclyta mater domini nostri Jesu christi Maria: que eundem creatorem omnium creaturarum in tuo sacratissimo vtero digna fuisti portare: cuius veracissimum corpus et sanguinem sumpsi. ad ipsum ꝓ me intercedere dignare. vt quicquid in eius ineffabili sacrificio ignoranter negligēter aut accidentaliter omisi mihi dignetur tuis sanctis precibus indulgere. ꝛ me ad vitam eternam ꝑducere. Qui cum deo patre viuit ꝛ regnat ꝛc.

Sequitur oratio beati Ambrosii de passione domini. quam Anastasius papa primus confirmauit dans singulis eam dicentibus quingentos dies indulgētiarum.

Domine Jesu christe fili dei viui creator et resuscitator generis humani. Gratias tibi referimus licet indignas sed vtinam deuotas et tibi gra

tas. quia ꝑ nobis miserrimis de celo descendisti. et ex beatissima virgine maria carnem assumpsisti. de ipsa quoqꝫ nasci voluisti: pannis fuisti innolutus. in presepio positus. vberibus lactatus. carne circuncisus. magis manifestatus. et ab ipsis adoratus. in templo presentatus. in egypto relegatus. ad patriaꝫ reuersus. parentibus subditus. a iohane baptizatus. ieiunio quaterdeno attenuatus. ter a demone temptatus. itineribus fatigatus. vigilijs fame et siti maceratus. predicando lassatus. compatiendo lachrymatus. a iudeis reprobatus. sepius ab eisdem iniuriatus. instante vero passione tua voluisti contristari et mestus esse. vt verus homo pauere simul et tedere. positis genibus orando ter in faciem ꝑcidere. factus in agonia guttas emittere sanguinis ꝑ sudore. A iuda deniqꝫ fuisti traditus. et ab ipso fraudulēter osculatus. ab impijs iudeis cum impetu compꝛehensus. vinculis quasi latro ligatus. solus prefecto derelictus discipulis metu fugientibus. Ad pontificem Annam adductus. ibidem alapa percussus. missus ab ipso ad Caypham vinctus. et ibideꝫ multipliciter derisus. In concilio iudeorum statutus. ꝑ falsos testes accusatus. morte turpissima condemnatus. sputis facie contaminatus. opprobrijs lacessitus. contumelijs affectus. colphis cesus. palmis iterum percussus. multis modis blasphematus. vinctus. Pylato traditus: ad mortem instanter accusatus. Herodi a Pylato missus ibi nihilominus criminatus. ab Herode et exercitu suo spretus. Induitus alba veste ad Pylatuꝫ remissus. Nudus ad colūnam iussu Pylati ligatus vsqꝫ ad sanguinem

acriter flagellatus. ab eodem morti adiudicatus Ad crucifigendum militibus traditus. A quibus iterum exutus. veste purpurea indutus. corona spinea coronatus. Arūdine pro sceptro insignitus. genuflexo salutatus irridenter rex iudeorum nominatus. tertio alapis cesus. iterum facie consputus. arundine capite percussus. veste purpurea exutus ligno crucis oneratus. Ad passionis locuꝫ adductus ibi myrrhato vino cum felle potatus. vestibus propriis tercio exutus. in cruce demū extesnus. Clauis manus et pedes confixus. et sic inter latrones crucifixus ꝛ cum sceleratis deputatus. A pretereuntibus quoqꝫ ꝛ astātibus pendens in cruce crudeliter blasphematus. Clamans. Deus meus. deus meus. vt quid dereliquisti me. Tandem sitiens aceto potatus. inclinato capite mortuus. A milite lancea latere perforatus. vnde exiuit sanguis ꝛ aqua. Sero de cruce positus in monumēto a Joseph sepultus. Resurgens tertia die tuis apparuisti. Quadragesimo die celos ascendisti: sedens ad dexteram patris. promissum paraclytum discipulis misisti. Demum ad iudicium venturus singulis promeritis bonum vel malum es redditurus. Tu deum ne Jesu christe per has sanctissimas penas tuas. ꝛ per mortem tuā ꝑciosissimū sanguinem tuum pro nobis effusuꝫ. Atqꝫ per omnia alia hic de te predicta: per tuam quoqꝫ ineffabilem misericordiam ac per preces et merita beatissime semper virginis Marie: ꝛ omnium sanctorum tuorum me sordidum peccatorem. N. ꝛ omnes parentes meos. fratres et sorores. amicos ꝛ inimicos meos. et omnes pauperes temptatos ꝛ deso

latos. vinctos ꝛ infirmos et omnes ꝓ quibus ora-
re teneoꝛ. atq; omnem populum chꝛiſtianum a tri-
bulationibus ꝛ anguſtiis eripe a dyaboli laqueis ꝛ
a peccatoꝛum vinculis: atq; ab omni malo anime ꝛ
coꝛpoꝛis nos libera ꝛ ſalua. ꝛ ab his nos ſemper ꝓ-
tege. Omnes cogitationes . ꝛ actiones noſtras tali-
ter vt tibi ſint acceptabiles ſemp̄ diſpone. Tua gra-
tia ac ſancta pace atq; omni virtute nos reple. et in
his vſq; ad moꝛtem nos perſeuerare tribue. bonum
finem vite noſtre nobis concede. et nos preṅomina
tos viuos poſt moꝛtē; ac de eis iam moꝛtuos ꝛ om
nes fideles defunctos ab omnibus penis redime. ꝛ
ad celeſtis regni gloꝛiam ſempiternam nos omnes
fac miſericoꝛditer peruenire. Qui cum patre ꝛ ſpiri
tuſancto viuis et regnas deus. Per omnia ſecula
ſeculoꝛum. Amen.

Oꝛatio ſancti Bernardi.

O Bone Jeſu duo in me cognoſco naturam quā
tu feciſti. et peccatum quod ego adieci fateoꝛ
domine quia per culpam defoꝛmaui naturam. Me
mento ꝙ ſum ſpiritus vadens et non rediens. per
me iui in peccatum. per me redire non poſſum. Tu
bone Jeſu tolle a me quod ego adieci: vt permane-
at quod tu feciſti. ne pereat quod p̄cioſo ſanguine
tuo in cruce redemiſti. Qui viuis et regnas.

Jn eleuatione coꝛpoꝛis domini
Jeſu xp̄i. dic oꝛatōes ſequētes.

AVe verum coꝛpus xp̄i. natū ex Maria virgine
vere paſſum: immolatum in cruce ꝓ homine.
Cuius latus ꝑfoꝛatū vndo fluxit ſanguine. eſto nobis

pregustatum mortis in examine. O clemens o pie o dulcis fili Marie. mei miserere. Et da vt sicut te nunc videre merui in forma panis. ita cum ad iudicandum veneris securus et gaudens te merear videre in gloria tue maiestatis. Amen.

Alia oratio.

Aue caro xp̄i chara immolata crucis ara redēptionis hostia. Morte tua nos amara fac redēptos luce c'ara tecum frui gloria. Amen.

Alia oratio.

Aue verbum incarnatum in altari consecratum. panis viuus angelorum. salus et spes infirmorum medicina peccatorum. salue corpus Jesu christi quod de celo descendisti ⁊ populum redemisti cū in cruce pependisti. Jesu bone fōs pietatis. laus angelorum gloria sanctorum. spes peccatorum miserere nobis. Amen.

Oratio de mane dicenda ad christum.

Domine Jesu christe fili dei viui. oro te vnice amator. quatinus om̄is cogitatio locutio ⁊ operatio. ⁊ omnis voluntas mea secundum beneplacitum diuine tue benignissime volnntatis hodie misericorditer dirigatur. Amen.

Oratio sancti Thome de Aquino in eleuatione corporis christi. vel post dicenda.

Adoro te deuote latens deitas. que sub his figuris vere latitas. Tibi se cor meum totum subijcit. quia te contemplans totum deficit. Uisus. gu-

stus tactus in te fallitur.sed auditu solo tute credi-
tur. Credo quicquid dixit dei filius verbo veritatis
nihil verius. In cruce latebat sola deitas.sed hic la
tet simul ꝛ humanitas. Ambo tamen credens atqȝ
confitens peto quod petiuit latro penitēs. Plagas
sicut thomas nō intueor.deum tamen meum te esse
confiteor. Fac me tibi semper magis credere. in te
spem habere.te diligere. O memoriale mortis do-
mini.panis verus vitam prestans homini. Presta
mee menti de te viuere et te illi semper dulcē sape-
re. Pie pellicane iesu domine.me immundum mun
da tuo sanguine. Cuius vna stilla saluum facere.to
tum mundum possit omni scelere. Jesu pie quē nūc
velatum aspicio:quando fiet illud quod sitio. Ut te
reuelata cernens facie visu sim beatus tue glorie:
Amen.

Alia oratio in eleuatione dicenda

AUe Jesu christe verbuȝ patris. filius virginis
Agnus dei.salus mundi.hostia sacra.verbum
caro fons pietatis. Aue Jesu christe laus āgelorūȝ
gloria sanctorum.visio pacis. deitas integra.verus
homo.flos et fructus virginitatis. Aue iesu christe
splendor patris.princeps pacis.ianua celi.panis vi
uus.Virginis partus.vas deitatis. Aue Jesu christe
lumen celi.precium mundi.gaudiuȝ nostrum.ange-
lorum panis.cordis iubilus.rex et sponsus virginis
matris. Aue Jesu christe via recta.veritas perfecta
premium nostrum. charitas summa. fons amoris.
pax durabilis.requies vera.vita perhennis. Amē.

Alia oratio in eleuatione dicenda.

AVe in euum sanctissima et preciosissima caro. Aue in euum sanctissime et preciosissime sanguis domini nostri Jesu christi. Aue salutaris victima pro salute humani generis in ara crucis oblata Aue hostia sufficientissima. Aue refectio delicatissima. Aue Jesu christe. Aue redemptor mundi. inestimabilis gloria omnium electorum. qui pro nobis miseris peccatoribus dignatus es hanc carnem de immaculata virgine assumere. Et hunc sanguinem de latere tuo offundere. pendens in cruce. emunda nos. sanctifica nos. Dirige nos in viam salutis eterne. Et sicut in hoc tam sacro mysterio facta est trãsmutatio de pane et vino. sic nos in te transmuta. et gratie apta totaliter et conforma. Amen.

De corpore christi oratio deuotissima:

DOmine sancte pater. qui agnum immaculatum hic tibi offerendum in summi amoris amenitate suscipis: te supplices exoramus: vt desiderium nostrum igne eiusdem amoris inflammatum cum hac sacrosancta hostia in conspectu paternitatis tue digne appareat et obtineat nobis remissionem omnium peccatorum et negligentiarum nostrarum: et in quantum est possibile talem vitam qualis fuit que ea morte terminata est cuius in presenti memoria celebratur. Amen.

De eodem oratio:

OOriens splendor lucis eterne: et sol iusticie: veni et illumina me cognitione misericordie tue

et miserie mee: et fac in me vitiū deperire. et omnis boni germen oriri per desiderium quod ab eterno habuisti ad nostram redemptionem trahe omne desiderium meum in te per vinculum amoris. quod te tractum de sinu patris contulit gremio matris. da vt inebriet me ignita et melliflua vis tui amoris q̄ me faciat omnium terrenorū funditus obliuisci pre magnitudine amoris adeo vt sicut flamma ardens totus candeam in tui amoris desiderio: quod nulla creatura possit minuere. Amen.

Item oratio in eleuatione.

Precor te amantissime domine Jesu christe. ꝓpter illam eximiam charitatem qua humanū genus dilexisti: quando tu celestis rex pendebas in cruce cum deifica charitate. cū mitissima anima. cū tristissimo gestu. cum turbatis sensibus. cum expansis manibus. cum perstrepentibus membris. cū extensis venis. cū clamoroso ore. cum rauca voce. cū pallida facie. cum mortali colore. cum lachrymosis oculis. cum vertigine cerebri. cum ardenti siti. cū gemibundo gutture. cum sitibundis desideriis. cū amaro gustu fellis. cum inclinato capite. morte obuiante. cum diuisione corporis et anime. cum transuerberato corpore. cum transfixo corde. cū sanguineis vulneribus cum defluentibus riuis. cum origine viuentis fontis in ea charitate. Precor te piissime domine Jesu qua tuum amorosum cor scindebatur vt sis mihi placabilis super multitudinem peccatorū meoꝝ ac bonū ꝛ sanctū finē vite mee. necnō gra

tiosam letamqȝ resurrectiōem mihi propter largissimaȝ misericordiam tribuere digneris. Qui viuis et regnas cuȝ deo patre in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Oratio pro morte bona impetranda.

In manus inextinguibilis tue misericordie pater sancte. pater iuste et amantissime. cōmendo spiritum meum secundum magnitudinem amoris quo se anima filii tui sanctissima in cruce tibi commendauit. et rogo per illam inestimabilem dilectionis charitatem. qua tua diuina paternitas in se totam traxit illam sanctissimam animam. vt in vltima mortis mee hora. suscipias in eodem amore spiritum meum. et me totū tibi intrahas. et quasi guttam aque absorbeas: vt nusq̄ mihi sit mansio. nisi in te vnico meo et vero gaudio. Amen.

Oratio pro fine bono ad xp̄m.

Eya redemptor piissime Jesu begnissime per illam lachrymabilem vocem qua in humanitate moriturus pro nobis doloribus ⁊ laboribus passionis adeo consumptus es. vt te derelictum a patre clamares. ne longefacias a me auxilium tue miserationis. in die afflictionis anime mee. pre defectione et consumptione spiritus te inuocare in extrema hora non valentis: sed per triumphum sancte crucis et per virtutem salutifere passionis et amorose mortis tue cogita de eā cogitationes pacis et non

afflictionis sed misericordie et consolationis ꝛ libera eam ab omibus angustiis ipsisq; manibus quas pro me in sancta cruce figi permisisti clauis acutissimis: iesu bone et dulcissime pater et domine erue eã a tormentis sibi deputatis. et perduc eam in eternã requiem cum voce exultationis et confessionis. Amen.

Oratio bona pro finali conductu ad Jesum.

O Secura mansio. o tutum pauentibus refugiũ et grata fessis pausatio per illam iocundissimã confidentiam qua tam secure de carnis ergastulo ad paterne benignitatis sinum conuolasti. O Jesu bone presta misere anime mee migranti de hoc exilio fidum conductum ac tutum ad te confugium et da vt ad hoc gratia tua mediante in hac vita bonis operibus valeam peruenire. Amen.

De passione Jesu christi. et de septem verbis vltimis oratio.

SAlue Jesu patrẽ in hora necessitatis inuocãs. Salue Jesu pro crucifixoribus tuis orãs. Salue Jesu latroni paradisi gaudia promittens. Salue Jesu matrem discipulo dilecto committens, Salue Jesu amorem nostrum te sitire exclamans. Salue Jesu consumatum esse opus amoris attestãs. Salue Jesu voce magna spiritum in manus patris cõmendans. Salue Jesu charitatem excellentissimã circa nos tua morte demonstrans. Salue Jesu vi-

ta spiritus mei cum clamore valido expirans. Salue Jesu. O mira circa nos tue pietatis dignatio. O inestimabilis dilectio charitatis. vt seruum redimeres teipsum amantissime Jesu in mortem turpissimam tradidisti; O preualentia charitatis. que sic superasti consortem diuinitatis. Amen.

Item de eadem.

Eya rubeus rosa flagrantissime charitatis. Obsecro te per virtutem amoris qui tuam nobilissimam animam a tuo corpore separauit. Da mihi amorem qui me totum liquefactum in memoria preciose et mortis tue tecum viuat in separabili et felici vnione. Eya Jesu meum desiderabile bonum. da vt tua saluberrima mors viuificet me ad vitam tibi plene laudabilem in tue amorose mortis recompensationem. Jesu corona eterne iocunditatis. per gaudium quod in passione tua sanctissima anima habuit. de humana redemptione intrahe tibi cor meum et animam meam vt extra te nunquam in aliqua creatura vel ad modicum valeam delectari. Eya Jesu precordissime: da mihi intentionem que te in omnibus et super omnia laudet pro tua amarissima passione. Eya Jesu suauissime: da mihi deuotionem que tuam in omnibus laudabilissimam perficiat voluntatem,

De passione christi oratio

Domine sancte pater propter tuam largitatem et filii tui passionem: qui pro me sustinuit mortem et per matris eius excellentissimam sanctitatem et omnium sanctorum merita concede mihi pecca-

Laudo benedico. glorifico et saluto dulcissimũ
t benignissimũ cor Jesu christi fidelissimi ama
toris mei gratias agens pro fideli custodia qua me
hac nocte protexisti et pro me laudes et gratiarum
actiones et omnia que ego debebam deo patri in-
cessanter persoluisti. Et nunc oro amator vnice: qua
tenus virtutem tui diuini cordis me supplicem tuuз
ab omni periculo anime et corporis misericorditer
custodire digneris et vsqз in finem vite mee in tuo
sancto seruitio et amore des mihi feliciter perseue-
Amen.

Sequitur alia oratio de beata
virgine quã Sixtus papa quar
tus confirmauit et dedit indul
gentias vndecim mille annoꝝ
coram ymagine beate virginis
Marie stans in sole t hñbẽs lu
nam sub pedibus.

Aue sanctissima Maria mater dei. regina celi,
porta paradisi. dña mundi tu es singularis vir-
go pura. tu concepisti Jesum sine peccato. tu pepe-
risti creatorem et saluatorem mũdi in quo ego non
dubito. Ora pro me Jesum dilectum filium tuum. t
libera me ab omnibus malis. Amen.

Alia oratio ad beatam virginem.

Obsecro te domina sãcta maria: mater dei. om-
ni pietate plenissima summi regis filia. mater
gloriosissima mater orphanorum consolatio deso-
latorum. via errantium. salus t spes in te sperantiũ.
virgo ante partum. virgo in partu. t virgo post par

rum.fons misericordie.fons salutis et gratie. fons pietatis et leticie.fons consolationis et indulgentie Per illam sanctam inestimabilem leticiam qua exaltauit spiritus tuus in illa hora quãdo tibi per gabrielem archangelum annunciatus ꝛ conceptus filius dei fuit. Et per illud diuinum mysterium quod tunc operatus est in te spiritussanctus. et per illam sanctam inestimabilem pietatem.gratiam. misericordiam.amorem et humilitatem.ꝑ quas filius tuus dominus noster Jesus christus descendit accipere humanam carnem in venerabilissimo vtero tuo. Et in quibus te respexit quando te commendauit sancto Johanni apostolo ꝛ euangeliste. Et quando te exaltauit super choros angelorum . et per illam sanctam inestimabilem humilitatem in qua respondisti archangelo Gabrieli. Ecce ancilla domini: fiat mihi secundum verbum tuum. Et per illa sanctissima quindecim gaudia q̃ habuisti a dilecto et dulcissimo filio tuo domino nostro iesu christo . Et per illam sanctam maximam compassionem et acerbissimum cordis dolorem quem habuisti quando vidisti filium tuum dominum nostrum Jesum christum ante crucem nudatum . et in ipsa leuatum.pendentem.crucifixum.vulneratum.sitientem fel ori apponi.heli clamantem audisti:et morientem vidisti. Et per quinq; vulnera filii tui domini nostri Jesu christi. Et per contractionem viscerum suorum pre nimio dolore vulnerum. Et per dolorem quem habuisti quando vidisti eum vulnerari. Et per fontes sanguinis sui.et per omnem passionem eius. et per omnem dolorem cordis tui. Et per fontes sanctarum ac

piissimarum lachrymarum tuarum. vt cum omnibus sanctis et electis dei. veni et festina in auxilium et consilium meum in omnibus orationibus meis et requestis. et in omnibus rebus illis in quibus ego sum facturus. locuturus. aut cogitaturus omnibus diebus et noctibus horis atq3 momentis vite mee. Et mihi indigno famulo tuo. N. impetres a dilecto filio tuo domino nostro Jesu christo complementum bonum cum omni misericordia et consolatione. omni consilio et adiutorio. omni benedictione et sanctificatione omni saluatione pace et prosperitate. omni gaudio et alacritate. etiam abundantiam omnium bonorum spiritualium et corporalium. Et gratiam sancti spiritus qui me bene per omnia disponat. animam meam custodiat. corpus meum regat. mentem erigat. cursum dirigat. sensum erigat. mores componat actus in bonis probet. vota et desideria mea perficiat. cogitationes sanctas instituat. preterita mala indulgeat. presentia emendet. futura moderatur. Uitam honestam et honorabilem mihi tribuat Et victoriam contra omnes aduersitates huius mundi contra omnes inimicos meos spirituales et carnales bonam fidem/spem/charitatem/ humilitatem/et patientiam/castitatem mentis et corporis. quinq3 sensus corporis mei regat et protegat septem opera misericordie tue complere me faciat. Duodecim articulos fidei decemq3 precepta legis firmiter tenere et credere me faciat. Et a septem peccatis mortalibus me liberet et defendat vsq3 in finem vite mee. Et in nouissimis diebus meis ostende mihi piissimam faciem tuam. Et annuncies mihi

diem et horam obitus mei et hanc orationem meaꝫ supplicem suscipias et exaudies. et vitam eternam mihi tribuas . audi et exaudi me dulcissima virgo Maria mater dei et misericordie. Amen.

Confessio generalis ac perutilis domini Andree hyspani sancte Romane ecclesie penitentiarii Explicit.



M.E.Jehannot.

Claude Jaumar.

Memorare nouissima et [illegible] peccatum
vitabis [illegible] pessima. Memorare nou[illegible]
[illegible] ad [illegible]
[illegible] Memorare nouissima [illegible]
[illegible] augustinus

[illegible]

[illegible] et [illegible] 18
[illegible]
[illegible] [illegible] q[ue] [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]
[illegible]

[illegible]

Gregorius

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Bernardus

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Fortitudo est considerata periculorum susceptio et laborum perpessio

Cuius partes magnificencia / fidencia / paciencia perseverancia sunt.

Magnificencia est rerum magnarum et excelsarum cum animi ampla quadam et splendida proposicione cogitacio atque administracio

Fidencia est per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se fiducie cum certa spe collocavit

Perseverancia est in racione bene considerata stabilis et perpetua permansio

Grabatum duo facit vocabulum quod dicitur gremium et lectum Dum femine correptum lectum [illegible] litteram et tunc prima correpta et tunc producta

Versus

V. Pro gremio grabatum sed pro lecto dicas grabatum

Quid est [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] offirmus eas in [illegible] est [illegible]
[illegible] [illegible] media [illegible] [illegible]

[illegible] in [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] est medium [illegible]
[illegible] [illegible]

Quid est [illegible]. est motus [illegible]
mentis [illegible] [illegible] [illegible]

Quid est memoria. est [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]

Quid est intelligentia. [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]

Quid est [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Quid est [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]







